

3696 puncta triangulata exhibet CABR. In Tivoli nella ripa [rupe?] appresso a S. Giorgio [significatur aedes antiqua ordinis Ionici medio aevo in ecclesiam S. Georgii conversa] BRVN. Due iscrizioni incise nel vivo della rupe (mentovata da Dionisio di Alicarnasso [5,57], parlando dell' antica caduta dell' Aniene) in quel sito precisamente, dove essa rupe forma un ripiano o gradino, largo circa venti palmi, e dove osservasi artificiosamente tagliata a piombo tanto nella facciata imminente al ripiano, come nel principio inferiore; sollevansi le iscrizioni sopra il detto ripiano all' altezza di palmi trenta CABRAL. Frustra quaesivi; crediderim periisse vel anno 1808, quo tempore rupes subiecta ecclesiae S. Georgii instante Miollis praefecto Francogallico in meliorem statum redacta est, vel d. 6 Febr. 1836 quo pars rupis illius avulsa cecidit (cf. St. Viola dec. p. 40). — 'Sic inscribitur aquae ductus ex Anienis alveo in eundem aquam reducens' ORELL. male confundens coniecturas Fausti del Re cum eiusdem narratione.

CAPE · ME
TVA · SVM

DAMOCRA
COTTAE · L · S
HOC · OPVS · F

Exhibent Brunelleschi ms. f. 68', et post longum intervallum (descriptam d. 9 Mart. 1785) Cabral et del Re app. p. 13 (inde Marini *iscr. alb.* p. 182, neque aliunde inscriptionem intuenti sinistram sumpsit Orellius n. 3318, auctoris unde enotaverat oblitus; ex Marinio inscriptio intuenti dextra est huius Corp. vol. I n. 1123).

Expressi exemplum editum a Cabral et del Re; Brunelleschius alteram inscriptionem exhibet sic CAPE·M·F α | TVA·SVNT, alteram DAMOSIVS | COTTA | T·L·HOC | OPVS·FECIT.

Utramque inscriptionem eandem manum referre ('in ambedue si ravvisa il medesimo scarpello') adfirmant Cabral et del Re. — Inscriptionis intuenti dextrae v. 4 in fine videtur esse mutilus et supplendus *Damocrates*.

3697 in frusto marmoris flavi, in quo praeterea erat tessera plumbea cum imagine Hadriani, in parte quae rudis relicta erat (si legge con stento, per esser ivi rozza la superficie del marmo), rep. in villa Hadriani Tiburtina, Romam advecto per Augustinum Lecchini quadratarium FIC. (piombi). Ex primo flavi marmoris genere [nempe ex giallo antico in oro] Hadrianus imperator centum septuaginta duas immanes tabulas in Tiburtinum suum asportari iussit; in una earum Romam advecta verba haec erant insculpta³ FIC. (gemm.).

HADRIANI AVG COS II. N CLXXII

Ficoroni *i piombi antichi* (1740) p. 8 cum tab. I, repetivit *vestigia di Roma* (1744) p. 189 (inde Vulpi Lat. 10 p. 409); ex eiusdem adversariis est in opere postumo de gemmis antiq. litt. (1756) p. 147. Repetivit Bruzza *iscrizioni dei marmi grezzi* n. 221 (ann. inst. 1870 p. 187). Lacunam post COS II significat Ficoronius *piombi*.

3698 legitur haec inscriptio in plumbea fistula, qua ducebatur aqua in Tiburtinam Hadriani villam, reperta anno 1756 in rudere Rocchae Brunae³ DANZETTA (f. 155) de ea quam primo loco exhibet; 'eiusdem plumbeae fistulae Tiburtinae detectae aliae tres partes, eadem prorsus inscriptione signatae' [nisi quod numerus aut alio loco collocatus aut diversus aut omissus erat, cf. infra] DANZETTA f. 165. Postea duae ex his fistulis vel fistularum partibus (eae quae numerum habebant in principio) adservabantur Romae nella libreria del noviziato de' Gesuiti, una (ea in qua numerus deficiebat) in museo Kircheriano, una (ea quae numerum habebat in fine) Panhormi (Panormi in museo Salnitriano TORR.), teste MARINIO. Hodie neque Romanae neque Panhormitana comparent.

IMP · CAES · TRAIAN · HADRIANI · AVG VX
SVB · CVRA · RESTITVTI · AVG · LIB · PROC

Danzetta cod. Vat. 8290 f. 155. 165; Marini, qui exempla Romae adservata vidit ipse, de Panhormitano provocat ad schedas nescio cuius hominis docti, edidit *giornale pisano* 6 (1772) p. 54, repetivit in sylloge fistularum n. 17—19 (ex Marinio *giorn. pis.* Amati ms. Vat. 9745 f. 18); Torremuzza Siciliae *inscr.* (1769) p. 25 n. 9 (inde Donati 215, 8); Zarillo *effemeridi letterarie di Roma* 1774 p. 67; Donati 458, 2 auctore non laudato. A prioribus Lanciani syll. epigr. aq. n. 446—449).

Dedi eam ex inscriptionibus quam Danzetta exhibet primo loco; in secunda numerus XA in principio inscriptionis erat positus; in tertia numerus item in principio collocatus quis fuerit non satis certum est, IIII exceptus a Danzetta (qui tamen addit 'has non esse notas numerales'), I· a Marinio *giorn. pis.*; I habet idem in sylloge; in quarta numerus deficiebat ('eadem inscriptio sine ulla alia nota' Danzetta). Errore typographi in tertio exemplo v. 2 ephemeris Pisana pro PROC exhibet PBOC. Torremuzza Zarillo Donati unam tantum inscriptionem noverunt quam exhibent sine numero.

3701 fistula plumbea originis incertae empta anno 1874 a collegio curatorum antiquitatum urbis Romae (Commissione archeologica municipale) BVLL.

L · LVTTIVS THALAMVS · FEC

Bullettino municipale 2 (1874) p. 266; Lanciani syll. aq. n. 556 qui vidit.

Luttios alibi non novi, C. Luttium aliquem L. filium habemus supra n. 3664 quattuorviratu Tibure functum. Videntur autem Luttiorum liberti, item ut Sabidiorum (n. 3704 seq.), Tibure fistulis conficiendis et signandis vacavisse. Certe ex his Luciorum Luttiorum fistulis ea cuius unius originem novimus (n. 3702 a) reperta est Tibure, reliquae, quae unde Romam adlatae sint non constat, possunt certe origine esse Tiburtinae.

3699 fistulae duae plumbeae rep. Tibure anno 1846 eidem effossionibus quibus n. 3673, extant in curia.

T · SABIDIO · VICTORE · ET · D · RVPILIO · ME
NANDRO · SCRIB · R · P

Descripserunt olim Mommsen, cui acceptam refert St. Viola *decennio* p. 13 (inde Henzen *bull. dell' Inst.* 1849 p. 92, syll. n. 7155; Lanciani syll. aq. n. 450), nuper Gatti.

I fin. ME litteras non agnovit Mommsen, agnovit Gatti, certe in altera ex fistulis.

3700 fistulae duae Tibure empta m. Apr. 1884 [Romae apud Baldassarium antiquarium].

L · CORNELIVS PRISCVS FEC

Descripsit Dressel.

3702 a mense Nov. 1861 prope Tibur nell' orto del sig. Antonio Sestili presso il ponte dell' Acquoria prodierunt una cum aliis rebus antiquis cinque pezzi di condotti di piombo, con targa segnata.
b Romae in museo Lateranensi inter Ostiensia.
c Romae in repositis musei Lateranensis.

a c L · LVTTIVS · VICTOR · FEC

b VIII L · LVTTIVS · VIC

a Lanciani aq. p. 272 n. 445 ex actis ms. (archivio del ministero delle belle arti 1862 V, 15).
b vidi. Lanciani syll. aq. n. 412.

c descripsit Bormann. Lanciani syll. n. 584, cui descripsit Stevenson.

In fistula c praeter exemplum inscriptionis plenum extat secundum, sed mutilum in principio, sic: ICTOR [sic Stev.;] CTOR Borm.] FEC.